



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

Ad Vnum Corpus Redactus

Philosophiæ R. P. Francisci De Oviedo Madritani Societatis Iesv Sacræ
Theologiæ Professoris Tomus II

**Oviedo, Francisco de
Lvgdvni, M.DC.LI.**

III. De connexione inter intentionem & electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95526)

Deum, non solum amo creaturam, & Deum ut obiectum *quo*, sed ipsum Deum ut obiectum *quod*: quia non possum amare creaturam, quin amen ipsum Deum: ergo quando amo medium propter finem, illo actu non solum amo finem ut obiectum *quo*, sed etiam ut obiectum *quod*, quia non possum amare media propter finem, qui nam finem, Ex hac doctrina regulam istam tibi praefiges, quando ut ali- quod obiectum ametur, vel odio habeatur propter aliud, quod sit motuum *quo*, necessum est ut tale aliud mouens ut *quo*, sit obiectum *quod* amoris, vel odij ex vi alicuius actus, respectu illius actus, cuius est motuum *quo*, erit etiam ob- iectum *quod*: quando verò ut sit motuum *quo*, amoris, ne- cessum non est, esse obiectum ut *quod*, adhuc amoris distin- ctio poterit esse obiectum ut *quo* amoris, quin ametur per talem actum. Hac ratione potest peccatum esse motuum, *quo* ametur poena, quin ipsum peccatum ametur ut *quod*: quia ad amandum poenam propter peccatum, ne- cessum non est, amari peccatum aliquo actu, finis verò non potest esse motuum, *quo* media ametur, quin talis finis ametur, ut *quod*, quia non potest subsistere amor mediorum, si- ne amore finis. Neque creatura potest amari propter Deum, quin eodem actu Deus ametur ut obiectum *quod*, quia non potest amari creatura propter Deum, quin Deus ipse ametur. Dixi, peccatum posse esse obiectum *quo* amoris poenae, quin ipsum peccatum ametur, non verò quin ipsum pec- catum sit obiectum *quod* talis actus, quia forsitan ex vi eius- dem actus, quo amatur poena propter peccatum, pec- catum ipsum odio habetur tanquam obiectum *quod*, ita ut sit obiectum *quo* actus, quatenus est prosequutio poenae, & obiectum *quod* eiusdem actus, quatenus est displicentia pec- cati sicut actus, quo detestor peccatum propter Deum, respicit Deum tanquam obiectum *quo* detestationis pec- cati, & tanquam obiectum *quod* amoris erga Deum, imbi- bitum in eodem actu: quia sicut ad hoc ut deest ego peccatum propter Deum, requiritur amor erga Deum, ad hoc ut Deus velit poenam propter peccatum, requiritur displicentia erga peccatum ipsum: ergo sicut inferimus ex eo quod sit necessarium, Deum esse obiectum *ut quod* amo- ris, ut sit obiectum *ut quod* detestationis peccati, habere has duas rationes obiecti *ut quod* amoris, & obiecti *ut quod* detestationis peccati respectu eiusdem actus, sic ex eo quod sit necessarium, peccatum esse obiectum *quod* displi- centiae circa se ipsum, ut sit obiectum *ut quod* amoris erga poenam, inferre debemus rationem hanc obiecti *ut quod* displicentiae circa se ipsum, & obiecti *ut quod* amoris erga poenam, habere respectu eiusdem actus.

PUNCTUM III.

De connexione inter intentionem, & electionem.

I Disputant Theologi de connexione inter actum in- tentionis, & electionis, quam difficultatem iuxta di- versas sententias, de horum actuum naturis expediā. Si pri- mus voluntatis actus, quo fertur in finem, sit etiam expre- ssus, & for nalis amor efficax mediorum, nulla potest in hac re difficultas exagitari: cum enim omnino sit amor medio- rum, & finis, idemque omnino intentionis, & electionis actus, unus ab alio oriri nequaquam potest. Proprium lo- cum inuenit questio in opinione, quae distinguit amorem mediorum ab amore finis, quo finis ipse attingitur ut ob- iectum *quod*. Neque quaestione fugimus asserentes, om- nem amorem mediorum respicere finem tanquam obiectum amatum ut *quod*, cum asseramus, aliquando hunc amorem tendentem in media propter finem, & in finem ipsum ut obiectum *quo*, & *quod*, esse posteriorem saepe saepius alio amore, quo tantum expresse amatur efficax finis, & non expresse media, quia nondum ad illorum convenientiam est mediata voluntas. Neque de illis ad satietatem usque con- siliū inuit intellectus, iuxta quem dicendi modum dubiū suboritur, quomodo amor iste mediorum, & finis, qui con- siliū supponit, nascatur ab illo priori, qui con- siliū praecessit. Aperiam quid iuxta communem senten- tiam, quid iuxta hunc dicendi modum, sentiendum sit.

2 Una est fere omnium Doctorum sententia, voluntatem ex intentione efficaci teneri ad actum illum electionis, qui necessarius fuerit ad media obtinenda, quapropter si mul- ta occurrunt, quibus idem medium potest obtineri, tenetur sub disunctione vnum vel alterum eligere, quod si medium fuerit vnicum illud tenetur eligere voluntas: ita

Franc. de Ouedo, Philosoph. Tom. II.

D. Th. 1. p. q. 19. art. 3. q. 82. art. 2. & 1. 2. q. 10. art. 2. ad 3. & q. 13. art. 6. ad 1. & 2. Valen. ibid. disp. 2. q. 8. punct. 3. Azor. tom. 11. lib. 1. c. 17. Salas 1. 2. tr. 8. disp. 1. sect. 5. n. 38. Valq. 1. 2. disp. 43. c. 4. Soar. 1. 2. disp. 8. sect. 4. n. 4. & interpretes D. Thomae in lo- co citato, quos propriis locis apud supra relatos inuenies. Neque oppositam sententiam apud auctorem bonae notae reperio; pro illa nescio quos doctores suppressio nomine refert Medina. Dixi, sentire hos auctores, voluntatem te- neri supposita intentione finis, ad eligendum vnicum me- dium, abstrahendo ab illa quaestione, an volitio vnicui me- dij sit proprie electio, & consequenter ab electione, pro- pria, & impropria, quod consequenter satis ad sua princi- pia notauit Vasq. n. 11. vbi dixit conclusionem traditam in- telligendam esse de electione propria, vel impropria, hoc est, de volitione medij vnicui propter finem. Hanc dixerim de electione orta ex intentione, quae respicit executionem finis in instanti, in quo ipsa elicitur, quae statim vrget ad ele- ctionem faciendam, quia electio ex intentione, tempore praecedente finis executionem, quae potuit hac, vel illa tem- poris mensura fieri, specialem exigit disputationem, ut illius necessitas, libertas nobis innoscat, quae infra exhibebo.

3 Conclusionem sic explicatam probat Vasquez, quia sup- posita intentione efficaci, nulla potest apparere ratio mali in medio vnicui, ac proinde voluntatem teneri ad illud amplectendum, quia haec necessario amat quidquid sub nulla mali mixtura illi proponitur ut bonum: non posse in medio vnicui apparere rationem mali, probat, quia etiam si in se tale medium malum sit, & difficile, hanc malitiam non habet in ordine ad finem, neque illam habet quatenus vtile ad finem, ac proinde sub ratione vtilis, & relati ad fi- nem omnino bonum apparet. Tanti Magistri pace, illius rationi non acquiesco, quia etiam si medium, ut medium formaliter, & ut vtile, ad finemque relatum, malum non sit, si tamen in se malitiam habet absolutam intrinsecam entitati, sufficiens haec posset esse ad retrahendam volun- tatem à prosecutione talis finis, qui enim supposita intē- tione, secum init consiliū de mediis eligendis, non tan- tum considerat malitiam, quanti habet medium in ordine ad finem: sed etiam quam in se habet, & ex duobus mediis quibus aequali infallibilitate finis obtineretur, hoc alteri praefert, quia in se non habet malitiam absolutam, quam habet aliud: ergo ad electionem faciendam, plurimum cō- ducit bonitas absoluta, vel saltem defectus absolutae mali- tiae, & haec ex sua natura retrahit voluntatem ab electio- ne medij, quae in se malum est etiam si nullam respectuam malitiam habeat.

4 Contra eandem rationem secundò sic infurgo: me- dium vnicum in ordine ad talem finem singularem co- gnitum ut vtile, & vnicum in ordine ad suum finem cum eadem bonitate, & malitia apparet supposita in- tentione efficaci, & illa seclusa: ergo si intentione efficaci seclusa, non ita bonum apparet, ut necessitatem inferat vol- untati amandi illud, neque hac intentione posita, talem necessitatem inducet. Consequentiam legitimam esse pu- to, & antecedens facile probandum esse censeo: Intentio efficax, neque est quid se tenens ex parte obiecti respectu cognitionis, quae representatur medium ut vtile, neque ali- quid ponit in ipso medio, ratione cuius melius conducere possit ad finem, vel in se minorem habeat difficultatem, & malitiam absolutam: ergo eodem modo cognoscitur me- dium ex parte obiecti posita intentione efficaci, & illa ablata: sed ablata non apparet adeò bonum, ut necessitate inducat voluntati illud amplectendum: ergo neque illa posi- ta, praecise per obiectiuam bonitatem talem necessitatem inducet. Vltimò, si medium illud quod non apparet cum ra- tione mali formaliter ut medium, & ut relatum ad finem vtileque ad illud obtinendum, necessitate inferret volun- tati, nullum medium ad bonum finem ordinatum illam non induceret, quia tunc medium, quatenus medium, & forma- liter quatenus vtile ad bonum finem, est bonum formaliter & non malum, quia praecisa ratione vtilitatis ad bonum fi- nem est bonitas, in qua non reperitur malitia sub eadem ratione vtilitatis: sed sub alia quae materialiter se habeat respectu talis, & respectu ad finem.

5 Melius ex illo conclusionem probari, ex eo quod vol- untas efficaciter amans finem, tenetur illum amare eo mo- do, quo possibilis est: ergo si medij est vnicui ad finem ob- tinendum, cum finis possibilis non sit, nisi per tale medium, tenetur voluntas velle finem per tale medium: velle autem finem per hoc medium ad finem eligendum.

O Cum

Cum media plura occurrunt, finis possibilis non est, nisi per aliquod medium illorum. Vade voluntas efficaciter amans finem, tenetur velle finem per aliquod medium, quo possit comparari, quia cum finis comparari nequeat nisi per medium aliquod, & hoc determinatè in executione ponendum, & voluntas efficaciter intendat finem comparare, tenetur velle in particulari medium aliquod exequi, ut finis possibilis sit, nihil enim efficaciter amari potest, nisi eo modo, quo possibile est. Hac ratione cum medium aliquod requisitum ad finem obtinendum impossibile apparet, finis ex impossibilitate medij impossibilis redditur, & voluntas ab illius intentione desinit, quod docuit Arist. 3. Ethic. c. 3. vbi ait, quod si consultantur in aliquid incidere, quod quidem fieri nequeat desistunt, ut si pecunias opus est, his autem habere non possunt.

6 Intentionem necessitare voluntatem ad electionem aliquius medij, sub disunctione, vel determinati vaici, si aliud non apparet, iuxta modò dicta in opinione, quæ electionem ab intentione distinguit verum esse existimo propter rationem dictam. Adde tamen, quod doctè notavit Sopar supra num. 5. & Salas dicto tractat. 6. disput. 1. sect. 5. n. 40. intentionem solam non necessitare ad cognitionem, sed simul cum cognitione utilitatis, & necessitatis medij, quia quantumvis voluntas efficaciter finem amet & medium unicuique sit, & simpliciter necessarium, si non cognoscatur illius necessitas, voluntas non tenebitur illud eligere, etiam si appareat utile. Docuit etiam optimè Salas n. 40. intentionem medij cum cognitione necessitatis illius, non inducere necessitatem eligendi in illo instanti, in quo primò est intentio cum prædicta cognitione, sed in instanti, in quo finis est executioni mandandus: v. g. intendo ego modò efficaciter Missam audire die crastina, video necessarium esse ad hanc auditionem Ecclesiam petere, non teneor modò eligere hoc medium, neque illud postivè velles, sed sufficere, si illud eligam tempore, quo Missa est audienda, quia ante illud, neque electio, neque medium necessarium est ad finem obtinendum; ex intentione autem id tantum inferitur, quod necessarium est ad finis consecutionem, ex quo inferitur, non sufficere intentionem finis, & cognitionem utcumque necessitatis medij ad inferendam necessariam electionem, sed requiri cognitionem, qua iudicetur, hic & nunc virgere executionem finis secundum decretum intentionis.

7 Obiic. sequi ex hac doctrina, nullam intentionem non respicientem instans determinatum posse ad electionem determinare. Obiectionem explicabit exemplum: Intendo ego finem ad cuius executionem necessaria est electio medij intra hunc annum, & ante initiatium sequentis. Hæc electio tantum potest esse necessaria in instanti, in quo virget illius necessitas ad finis executionem, & in quolibet instanti antecedenti liberè fiet: sed nullum est instans, in quo ita virget, ut non possit in aliud subsequens differri: ergo non est instans, in quo ita virget, ut necessaria sit, & non libera euadat. Minor facile probatur in sententia Aristotelis componentis continuum ex infinitis partibus proportionalibus, quia nullum est instans pertinens ad hunc annum ante instans initiatium sequentis ita illi immediatum, intra quod non distent alia infinita instantia posteriora instanti assignato pertinenti ad hunc annum, & priora initiatium anni sequentis.

Si dicas, necessitatem electionis virgere tempore determinato ante initiatium anni sequentis, quia non potest durare tantum tempore indeterminato, sed est necessariò duratura tempore determinato, ac proinde ut habeat mensuram, quæ possit durare necessum esse incipere tempore determinato ante instans anni sequentis, facile tibi effugium præcludetur, quia electio poterit incipere hoc anno, & durare in sequenti, ac proinde ad terminatam durationem etiam si inceptura sit hoc anno, non tenetur incipere tempore determinato ante instans initiatium anni sequentis. Deinde eadem remanet difficultas, etiam si hoc anno esset tempore determinato duratura, quia nullum datur instans, in quo debeat incipere electio, ut daret in hoc anno tempore determinato, post quod non detur aliquod, in quo si inciperet electio, non posset tempore determinato durare.

8 Dices, cognitionem humanam non posse præscindere inter hæc instantia, etsi in re sint distincta, sed certum determinatum tempus immediatum anno venturo reputare pro ultima, & indivisibili mensura immediata instanti ini-

ciatio anni venturi; quæ quidem mensura, etsi secundum se totam non sit immediata physice tali initiatium, moraliter est immediata, quia non potest voluntas quicquam intra illam expectare prudenter, secus sibi postea repensaturum, in quo possit electionem exhibere. Solutio hæc respectu humani intellectus forsan poterit subfistere, verumgelus cum intuitivè tempus cognoscit, certò scit post hoc instans, quod ab aliis distinguit, esse aliud præcedens initiatium anni venturi, quod cognoscit de quolibet instanti, quod tu assignes ad hunc annum pertinenti.

Res hæc difficilis, indigna tamen longâ explanatione, non enim placet præcipuum Philosophiæ materiam prolixâ continui compositione, & infinitudine partium nunquam explicata permiscere, quæ si explicaretur, alia explanatione non indigeret argumentum in hac materia factum ad quam absurdè trahitur difficultas continui, quæ hinc nos virget, ex materia enim, quam tractamus, nihil illius desumitur. Respondeo, electionem factam in mensura indivisibili, siue indivisibili, immediatè præcedentem initiatium anni venturi, esse necessariam, in illa enim virget finis ad electionem; An verò possit assignari hæc mensura immediata indivisibilis, vel necessariò indivisibilis sit assignanda, ac continui compositionem pertinet.

In mea sententia, quæ electionem omnem affirmat, formaliter esse intentionem, alia insurgit quaestio. An quando voluntas finem intendit absque expresso amore huius medij in particulari actu quodam, qui formaliter electionis non sortitur, postea ex vi eius intentionis alia formaliter inferatur, quæ sit simul electio, & intentio, hæc intentio identificata cum electione, oritur ab alia intentione, quæ rationem electionis non habet. Certum est, in illa temporis mensura, qua virget executio finis iuxta decretum primæ intentionis, non posse voluntatem primam illam intentionem conferuare, & non elicere aliam, quæ formaliter tendat in singulare medium, quo finis est executioni mandandus propter rationem illam generalem intentionis efficacis, quæ sine electione medij esse non potest. Suboritur tamen difficultas. An prior illa intentio, quæ electio non est, componatur cum intentione, quæ sit electio, vel an voluntas desinit à prima illa intentione non attingente singulare medium, & aliam elicit, quæ pertingat finem, & medium hoc singulare, quo finis est exequendus.

11 Valdeque disputatione 2. quæst. 4. pun. 2. Hisp. in 1. diff. quæst. 1. not. 7. & ad 1. & 3. contra 3. concl. Dur. in 2. diff. quæst. 2. num. 25. affirmant, actum præcedentem non permanere. Durandi fundamentum est, non posse in sua sententia coexistere duos actus in intellectu, neque in voluntate, quod omnino falsum est, & omni ratione destitutum: assensus enim præmissarum, & conclusionis necessariò simul existunt, & in aliis potentis exterioribus compertum est, simul percipere plura objecta specie distincta, simulque plures elicere sensationes: potentie autem, quod perfectiores sunt ad plures actus simul exercere valent, unde si potentia visiva pluribus simul se exercet visionibus, cur intellectus, & voluntas non poterit pluribus se actibus exercere? & intellectus actum fidelitatis imperatum pro effectu voluntatis, qui cognitione regitur distincta ab actu fidei, & illi coexistente, ex quo manifestè probatur posse intellectum plures habere actus, & in voluntate Beati manifestè patet, qui nunquam ab amore summi boni desinit, & plures alios actus similes exercet. Posset nonnullam vim fundamentum desumere relictum ad diversos actus amoris, vel odij respectu eiusdem objecti, quod non aded manifestis instantiis, atque rationibus potest reici, nihilominus alienum est à veritate, quia sicut in eodem subiecto repetiuntur plures species impressæ, & plures species expressæ in eadem potentia respectu eiusdem objecti absque illa alia unione, eo præcisè, quod obiectum diverso modo represententur in intellectu cognitio, in qua formaliter consistit definitio, & cognitio definiti, quibus obiectum confusè, & expressè representatur, cur non poterint esse in voluntate duo actus, quibus idem obiectum diverso modo ametur; vnus, quo ametur obiectum, & media confusè cognita, non potius hoc, vel illud, alius, quo ametur idem finis, & hoc singulare medium, quo extra causas ponendus est.

12 Hoc reiecto fundamento, modus illè defendi posset, ad præcisè, quod adveniente secundo actu, primus necessarius non

non est; sed contra illum occurrit non levis difficultas, quia si actus ille primus non coexistit actui secundo qui rationem habet electionis, non poterit ad illum determinare, neque electio modo aliquo ab intentione procedet quia nullus effectus potest procedere à causa, cui in primo instanti suæ existentie non existit, dicere autem, voluntatem determinari in hoc instanti ad eligendum medium, ex eo quod in precedenti finem efficaciter intendisset sicut dicunt nonnulli, materiam determinari ad recipiendam formam in hoc instanti per dispositiones, quæ non existunt in hoc instanti, sed in precedenti existere, mea non feret schola, & falsum est, quia id quod non est, sed fuit, influere non potest in id, quod non fuit, sed est.

14 Diceret aliquis, actum illum intentionis, qui secum habet identificatam electionem, non procedere ab illo actu qui tantum fuit intentio, & iam præcessit, sed libere elici à voluntate, & hac ratione recte sibi defendere videbitur actum electionis, adhuc circa medium vnicum semper esse liberum, quia est identificatus cum electione, quæ non procedit ab alia, in qua tanquam in causa, sit necessaria, sed à voluntate omnino indifferenti. Contra hunc dicendi modum obijcio, sequi ex illo, voluntatem posse efficaciter finem intendere in ipso instanti, in quo est executioni mandandus, & non eligere medium ad talem finem necessarium requisitum, quia si intentio efficax, quæ media confusè cognita amantur, non influit, neque determinat voluntatem ad electionem singularis medij, illa permanente, posset voluntas medium non eligere eodem modo, ac posset cessare prima intentione, non elicere aliam identificatam cum electione. Hæc obijctio non est levis momenti, nihilominus responderet aliquis, electionem numquam ab intentione necessariò procedere, sed hanc non posse permanere in instanti, in quo finis est exequendus sine electione medij, quia pro illo instanti impossibilis est intentio aliqua, quæ formaliter non sit electio singularis medij, ac proinde in instanti, in quo virget executio finis, necessariò cessare intentionem non respicientem singulare medium. Quapropter si in illo instanti aliqua est intentio circa finem, est etiam formaliter electio omnium mediorum, sine quibus finis non erit. Quod si dicas, cur intentio illa non respiciat singularem media, quæ possibilis erat in mensura præcedente executione finis in mensura, quæ finis est exequendus fiat impossibilis? Inquirat ego, cur intentio illa vagè respiciat finem, non determinabat iuxta alium dicendi modum ad electionem mediorum tempore precedenti executionem finis, & in illo instanti, quo finis est exequendus, ita determinat ad electionem, ut componi nequeat cum negatione illius, & differentiam illam, quam tu assignabis, propter quam tempore precedenti composibilis sit cum negatione electionis, & imposibilis in instanti, quo executio finis exercenda est? assignabo ego, ut intentionem, quæ antea erat possibilis impossibilis fiat in hoc instanti, quo noscitur intellectus, virgere finis executionem, & absolute dici poterit, illam intentionem repugnare in instanti, in quo finis est exequendus, quia cum intellectus proponat finem exequendum in illo instanti, voluntas non potest illum in ordine ad executionem amare, nisi voluntate immediatè executiva, quia iam locus non relinquatur consilio in ulteriori tempore capiendi, sed immediatè finis exequendus est, & amandus, modo quo ex illo amore immediato executioni mandetur, amor autem ille, qui non respicit media determinata, sed consilium expectat intellectus, & determinationem aliam voluntatis pro illo instanti inutilis est, & exhiberi nequit à voluntate agente de immediata executione finis, quæ per talem amorem exhiberi non potest.

15 Prædictum modum sic ego componebam, ut defenderem, numquam electionem necessariò procedere ab intentione, quod in Theologia vtile est, ut meritum electionis expedire defendi posset, & consonum Doctoribus Scholasticis asserentibus electionem ex se esse actum liberum. Ita D. Th. q. 13. a. 6. in corpore, & illius interpretes ibid. Val. disp. 2. q. 8. punct. 3. Bell. 3. de grat. & liber. arb. c. 3. Nihilominus verius, clariusque existimo, defendi intentionem illam primam, respicientem media vagè, & indeterminatè coexistere alij intentioni respicienti media singularia, ex vi cuius voluntas determinatur ad eligendum medium aliquod, quod pro sua libertate illi libuerit, si plura concurrant, vel hoc determinat, si vnicum sit, in quo philosophandi modo rationem nullā inuenio contra illum, quæ facile solui non possit.

Fr ancisc. de Oueda Philosoph. Tom. II.

Obiic. Si electio medij necessariò requisita ad consequentiam finis, cuius executio est decreta pro determinata temporis mensura, supposita intentione, libera non est, sequitur, non esse meritoriam, quod absurdum videtur: si quis enim ex intentione profitendi fidem, martyrium subiret, sine quo non posset hic, & nunc fidem non negare, planè magis mereretur, quàm alius, qui medium non adeò arduum apponeret ad Catholicæ fidei professionem. Respondet Vasquez: electionem necessariam ex suppositione intentionis habere posse novam rationem meriti, vel demeriti, si secundum se rationem habeat honestatis, vel dishonestatis, quia honestas electionis (idem de inhonestate intellige) libertate intentionis fiet meritoria, quia ad novum meritum non requiritur nova libertas, cum hæc tantum sit fundamentum meriti, & sicut in eodem actu potest reperiri duplex bonitas ex diuersis circumstantiis, etiam si vna tantum libertate liber euadat, sic intentio & electio duplicem possunt habere bonitatem, duplex meritum, etiam si intentio tantum primariò libera sit, electio secundariò libertate ab intentione deriuata. Ita Vasquez 12. disp. 33. c. 4. num. 24. eadem ratione respondet Soar suprà num. 5. ubi asserit, electionem liberam tantum libertate intentionis novam addere rationem meriti supra intentionem, & differentiam adducit inter ipsam, & actum externum virtutis, qui supra internum meritum non addit, etiam si secundariò libertate interni sit liber, quam assignat ex eo quod electio pertineat ad potentiam ex se liberam, quorum actus possunt libertate gaudere, actus verò externi proveniunt à potentia necessaria, & per se imperio subdita voluntatis quorum actus liberi esse nequeunt. Hæc differentia mihi quidem sufficiens non esset ad adscribendum novum meritum actibus internis, & illud externis negandum, si enim hic internus actus, hic, & nunc liber non est: sed necessarius, quid refert ad meritum, procedere à potentia ex se libera? certè si aliquid cōduceret, possemus dicere, omnes motus primò primos voluntatis meritum, vel demeritum habere, quia etiam si necessarij sint, procedunt à voluntate, quæ ex se est potentia libera. Meliorem rationem disparitatis existimo desumi ex doctrina Vasq. suprà, quam reddit Ripalda de ente supernaturali disp. 6. sect. 5. videlicet, actus externos aliarum potentiarum ex se nullam habere honestatem, ac proinde nequeunt, quàm fundare meritum; actus verò interni, cum intrinsecè motuum respiciant diuersa tendentia, quæ suum motuum respicit alius internus actus, à quo necessariò proveniunt, novam rationem meriti fundare possunt, si illis saltem secundariò libertas contingat; & hac ratione dixit Vasquez suprà electionem non addere novum meritum, vel demeritum intentioni, quando medium ex se malitiam, vel bonitatem non habet.

17 Alij dicunt, electionem ortam necessariò ab intentione in se formaliter non esse meritoriam, sed totum meritum in intentione consistere; neque ideo æquè meretur, qui ex eadem intentione profitendi fidem, martyrium eligit, & qui non alio excellenti, & arduo medio eandem intentionem retinet, quia perseverare in intentione, quando ex illa ad electionem ex se meliorem, & difficiliorem medij obligatur, maioris meriti est quàm in eadè intentione permanere, cum absque tali electione, posset intentione arrepta, persistere; hac ratione cum ad intentionem fidei conseruandæ virget martyrii electio, conseruationi talis intentionis accrescit meritum martyrii, quod meritum est in intentione licet in electione non formaliter, & primariò, sed secundariò liberum sit, quapropter eadem est bonitas in ordine ad meritum eligentis necessariò opus martyrii ex intentione fidei conseruandæ, siue dicatur, electionem necessariò prouenientem ex suppositione intentionis esse liberam in se formaliter, siue teneatur, tantum esse liberam in intentione.

18 Obiic. tertiò. Etiam si medium sit necessariò requisitum ad finem, non apparet ut summè bonum: ergo non inducit necessitatem, in voluntate illud amandi. Resp. Vasq. ex suppositione intentionis apparere ut summè bonum, seu absque vlla ratione mali, quod supra impugnauimus, ideo modò, concessio antecedenti, nego consequentiam, quia amor obiecti cogniti cum aliqua ratione potest esse necessarius, ex alia ratione distincta, ab obiectiue representata; non enim omnis necessitas actus prouenit ex obiecto, præcisè seu prouenire potest ex alio principio, aliàs physica prædeterminatio libertatem non auferret, hic autem oritur electionis

electionis necessitas, ex intentione, & cognitione necessitatis medijs pro instanti, quo finis est executioni mādāus. Inquit Salas n. 45. quid contingeret, si quis efficaciter amans Deum iudicaret erroneè, necessarium esse odium Dei, vel cessationem ab amore Dei esse necessariam ad consequentem talis finis. Respondet ex Geruasio, illum efficaciter electurum esse tale odium, non tamen illud esse executionurum, quia ipsa intentio, amor videlicet Dei, impedit executionem talis medijs. Nō acquiesco solutioni, quia adhuc existimo, compossibile non esse in voluntate actum, quo quis velit odio habere Deū, & cessare ab illius amore, cū actu amoris liberè elicit. Resp. in primis casum impossibilem apparere, quia cuiusque rustico extrema contradictoria expressè cognita, sicut esse, & nō esse eiusdem rei apparent inter se impossibilia, & repugnantia, tantū abest, vt vnum appareat vile ad consequentem alterius: ergo non potest homini, quantumvis rustico, apparere vt vile non esse amoris Dei, ad Deū amandum, neque minori repugnantia apparet utilitas odij alicuius obiecti, ad illud efficaciter amandum. Quapropter cōfiteo saltem moraliter impossibile esse, hominē ratione prædictam iudicare, vile odium Dei ad ipsum Deum diligendum: sed quidquid sit de veritate casus. Resp. intentionem non obligare voluntatem ad omne id, quod iudicatur necessarium ad finem obtinendum, etiam si illud sit in potestate voluntatis, sed ad illud, quod necessarium apparet ad finem consequendum, & inferri potest, saltem tanquam effectus moralis proximus, vel remotus ex ipsa intentione; quapropter si electio cessationis amoris Dei, & ipsius odij Dei possunt esse effectus intentionis, quā Deus efficaciter amatur, in casu prædicto talis homo cessabit à tali intentione, & ex suppositione quod non cesset, intentio inferret electionem, quā voluntas velit cessare ab amore, & odio habere Deum; quod si talis electio inferri non possit ex illa intentione, quod verius iudico, non ex eo quod utilis appareret ad finem intentum, intentio ad illam eliciendam determinaret voluntatem. Hac ratione dixi intentionem non posse determinare immediatè ad electionem materialem, etiam si ex se utilis sit ad finem.

PUNCTUM IV.

An electio facta ultimo instanti, in quo vrget executio finis, que potuit in anterioribus liberè fieri, in hoc ultimo facta, libertatem amittat.

STatui, electionem exercitam ante instanti, in quo vrget executio finis, esse liberam, quia potuit in illo instanti non esse, & omnia illa, quæ erant in duratione, in qua fuit elicta, componi poterant cum negatione illius. In examē voco sententiam aliam Patris Ruizij 1. p. de prouidentia tract. 2. disp. 8. sect. 11. ubi affirmat varietatem, & multipliciter partium temporis, in quibus exercendum est actus liber conciliare libertatem cum prædefinitione vagā, & necessitate actus exercendi in hoc instanti, vel in illo, non solum pro instantibus præcedentibus vltimum, in quo vrget illius executio, sed etiam pro vltimo instanti, ultra quod nequit actus differri, quia etiam si in illo instanti actus sit necessarius, illius necessitas non est præcisè ab aliquo intrinseco voluntati inhaerente suborta, sed ab extrinseco deuoluta, quæ quidem necessitas non opponitur libertati. Sic respectu intentionis, quæ obligat ad electionem intra hoc tempus faciendam, in hoc, vel in illo instanti vagè philosophari liceret, si verū teneat doctrina à Ruiz. tradita, eadem enim est necessitas orta à prædefinitione, seu ab electione antecedenti, quoad inferendam necessitatem actus, si vtrique tempus determinatum illiusque partes, in quibus potest actus prædefinitus, seu ex intentione illatus exerceri, vagè & indeterminatè respiciat.

Neutiquam placet hæc opinio, quia si intentio, seu prædefinitio antecedens, infert necessariè actum faciendum in his quatuor instantibus, cum iam tria transierunt, & ad vltimum deuenitur, nulla est libertas ad talem actum faciendum, vel non faciendum, quod sic probō. In illo instanti, supposita intentione (idem est de intentione, ac de prædefinitione, de qua disputat Ruizius) electio non est indifferens: ergo necessaria, non necessitate consequenti, quia hæc necessitas oritur ab ipsa intentione & à cognitione

instantis iam existentis, in quo vrget executio finis, quæ omnia electionem antecedunt, cognitio, & intentio, tanquam causa, existentia temporis tanquam quid independenter ab ipso actu secundo electionis, seu ab ipsa electione: ergo est necessitas antecedens, quod autem sit deuoluta ab extrinseco, vt ait Ruizius, nihil ad rem, quælibet enim necessitas antecedens, siue intrinseca, siue extrinseca, libertatem destruit.

Respondet Ruizius: determinationem in vltimo instanti actus, qui potuit liberè in prioribus exerceri, oriri ab omissionibus præcedentibus in instantibus anterioribus, quæ liberæ fuerunt respectu voluntatis, quia si voluntas in prioribus instantibus, quibus potuit exercere actum intra certum tempus præfinitum exercuisset, non teneretur illam in hoc instanti exercere. Hac ratione potest defendere Ruizius, hominem auidum propria vitæ defendendæ, omnia tentantem media, vt inimicum inuadentem fugiat, liberè mori, quando ab illo violenter comprehenditur, & nihil ipsius impediens resistentia, enecat, quia necessitas eius necis dependet ab omissione ipsius necis, quam in instantibus præcedentibus potuit idem homo sibi indulgere, quia si ille se ipsum liberè enecasset, antequam ab inimico comprehenderetur, non postea ab illo mortem receperet. Sic philosophatur Ruizius in præfenti: si voluntas liberè eliciuisset hunc actum in instantibus præcedentibus, non cogereetur in hoc instanti illum elicere, ergo necessitas illum eliciendi in hoc instanti oritur ex determinatione voluntatis: ergo componitur cum libertate. Sic omnis homo, qui aliquando se ipsum interimere potuit liberè moritur, quando repente corruente domo, obruitur, vel ætissima febris, nullo præstante remedio, maxima animi lætæ, vita eripitur, quia si antea liberè non omisisset propriam inflectionem mortis, non postea ad has illius inexcusabiles angustias perueniret.

Respondeo, necessitatem actus non provenire ab omissionibus præcedentibus, tanquam ab aliquo conducente ad actum hic, & nunc efficiendum, licet verum sit quod si illæ non præcessissent, non esset actus modo necessarius, quia si voluntas liberè se determinasset in vltimo instanti, intra quod actus erat exercendus, necessarius non esset ex vi intentionis, seu ex vi prædefinitionis pro illo instanti, hoc tamen non sufficit, vt hic, & nunc actus necessarius non sit, quia et si illius necessitas potuit exercitio libero eiusdem præueniri, & declinari, & aliquando ab omissione illius dependeat, non dependet ab omissione, tanquam ab aliquo inclinante, seu determinante ad actum, neque per se ad actum conducente; quia omisio actus per se non est causa illius; neque ad illum inclinat. Sed demus, actum dependere ab omissione libera, ex hoc non inferatur, esse liberum in se, sed in sua omissione, sicut necessitas electionis oritur ex intentione libera; ex quo non inferatur, electionem esse necessariam in se; sed in intentione.

Arguit Ruizius: In instantibus præcedentibus vltimum, in quo constat exercitium actus, talis actus liberè efficitur: ergo in vltimo liberè elicitur. Probat consequentiam, quia in omnibus instantibus eodem modo se habet voluntas: ergo si aliquo instanti liberè elicit actum, in omnibus illum eliciet. Ad hoc argumentum respondi punct. præcedenti, ubi dixi in instanti vltimo, esse diuersam cognitionem in illum, vel saltem diuersam temporis circumstantiam, quæ posita, tanquam conditione, voluntas libertatem amittit, quam antea habebat.

Arguit deinde Ruizius. In vltimo instanti temporis electio est necessaria, non absolutè, sed ex suppositione, quod non fuerit facta in prioribus: sed in primo instanti, etiam est necessaria ex suppositione, quod non sit faciendū in posterioribus: ergo eadem est necessitas electionis in primo instanti, & in vltimo: sed in primo liberè elicitur: ergo in vltimo liberè elicitur. Præ oculis se offert disparitas suppositionis, quia suppositio omissionum præteritarum fuit iam posita extra causas, & in potestate liberi arbitrij. Præoccupat Ruizius hanc solutionem, & discrimen facit, atque nihil ad rem pertinere, quia vtrique suppositio in hoc conuenit, quod voluntas neutram suppositionem habet realiter præsentem, aut efficientem ipsam voluntatem, quia id, quod fuit, & id, quod erit, quæ non est. Conuenientiam hanc suppositionum Ruizius concedo.